

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Joachim Mark

Disquisitionis De Concilio. Tridentino ...

**Pars 1 : Num. Hoc. Praedicari Posit. Generale Variis. Observationibus.
Illustratam Placido. Doctorum. Iudicio.**

Kiliae: Bartsch, 1765

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn829994777>

Band (Druck) Freier  Zugang 



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn829994777/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn829994777/phys_0001)

DFG

via Rosdok als fund dupl.

71

572

Fa-1092 (ii)

- N. 1. Wippel Lubrius dicit Daniel Eremita.
 N. 2. Christoffelius singularia oettingensia
 N. 3. la prouidence ne s'interesse point à l'individu mais à l'espèce.
 N. 4. Tychera abbreviaturarum hebraicarum supplementum I.
 N. 5. Burckers de gaza derelicta futura ad illustrandum locum Zeph.
 N. 6. Ernesti de praesentia corporis et sanguinis Christi in coena sacra.
 N. 7. ~~Angusti~~ de Concilio Tridentino parr.
 N. 8. Stephanus Ius. Caroli ch. merita in rem suam.
 N. 9. Marthius de sapientia sanctissima rite colenda.
 N. 10. Psycher de delectu veterum ebraeorum dissertationis I.
 N. 11. Witte de genuina f. G. universali notione.
 N. 12. Boederlein de finibus theologiae dogmaticae et moralis recte
constituendis.
 N. 13. Weidener quod salus aeterna non meritis nostris sed sola Dei
gratia, per meritum Christi acquisita nostra.
 N. 14. Dem Regenatus male regens et Sanctorum reditum ad Papiz.
mum fructu suadens.
 N. 15. Rufius de veri fidei spectatoris Christi acquiritur eti.
 N. 16. Zaacke de lege aequilibritate in natura obseruatam etc.
 N. 17. Schmid Verio Alessandrina optimum interpretationis librorum
sanctorum proecdium.
 N. 18. Richter de theologo Dei Romane ad 2 Thes. III. 10.
 N. 19. Schubert de iudicio postuum Calvini et Figuerorum in causa
Procaristica.
 N. 20. Zachariae de usu dogmatico nominis filii Dei:
 N. 21. Emmerling interpretatio. Volum XXII. 20-33.
 N. 22. Haeselmann de divina punctorum vocalium et accentuum
cori hebrait originis.
 N. 23. Haempsel de modo predictioris Paulinae per eteges in dicti
Col. II. 4, 5.
 N. 24. Dem de modo predicationis etc.
 N. 25. Haegnreis Bonaventurae grisei dicitus Augustinianus in manuscriptu Danie.
 N. 26. Christoffelius de vita Pamingorum commentarius etc.
 N. 27. Beusier questionis: an aeterna annihilationis hominum peccatorum
fors etc.

- N. 28. Rector et senatus academicus omnibus Academiae Fridericianae Bülow
N. 29. Iauozrius de poena hereticorum etc.
N. 30. Doederlein de vero vnu atque abusu rationis humanae in rebus diuinis
N. 31. Dem de vnu atque abusu rationis etc.
N. 32. Rector Academiae Lipsiensis Pentecostales senatus etc.
N. 33. Rector et senatus academicus omnibus Academiae Fridericianae Bülow
enfir etc.
N. 34. Academiae Fridericianae Bülowensis Rector et senatus acade-
micus memoriam resurrectionis Christi etc.
N. 35. Dem solemnia natalia Domini nostri Iesu Christi etc.
N. 36. Zachariae Christus PCWOTOKOS EK TUR VENQUR.
N. 37. Rector et senatus academicus Bülowensis etc.
N. 38. Zachariae Christus PCWOTOKOS etc.
N. 39. Rector et senatus academicus Bülowensis etc.
N. 40. Markius de Juri prudentia diuina et codice sanctissimo.
N. 41. Becker an Dr. D. Telles nisi negata vera spiritus S. deitate etc.
N. 42. Dem an Christus in sua explanatione et ascensione etc.
N. 43. Chrysander de fundamento explanationis Christi dominis maiestate.
N. 44. Dem recentis scriptorum eruditorum
N. 45. Rottboell de vestibus et calceis Israelitearum.
N. 46. Trendelenburg de Iudaeis etc.
N. 47. Minnepurii zu Grauburg Pastoral Episcopatu etc.
N. 48. Rector universitatis ad solemnia paschalia etc.
N. 49. Quistorp de ratione modique quo peccati fomei etc.
N. 50. Becker creationis universi gloria filio Dei etc.
N. 51. Quistorp de Novo Pauli (Cor. 1.5.)
N. 52. Pries de sanctis angelis et postolorum etc.
N. 53. Detharding de cura infantum recens ratorum penes etc.
N. 54. Martini de non vnu iudicii denuntiatori in e Megapoli.

DISQVISITIONIS
DE
CONCILIO. TRIDENTINO
PARTEM. PRIMAM
NVM. HOC. PRAEDICARI
POSSIT. GENERALE
VARIIS. OBSERVATIONIBVS. ILLVSTRATAM
PLACIDO. DOCTORVM. IVDICIO. SVBIICIT
GEORGIVS. IOACHIMVS. MARKIVS

KILIAE. STANNO. BARTSCHIANO

CID 10CC LXV.

Viro summe venerabili
Döderleinio
rebitae observantiae ~~cofferam~~ missa handt
A.

DIGESTIONE
DE
CONCILIIS. DILECTIONIBUS
PARENTALIBUS. PATERNIS
ET MATERIALE. MATERIALE
TERRITORIALIS. TERRITORIALIS
VARIS. OSTRIVALLIA. TERRITORIALIS
LVCIDIO. DOCTORUM. LIBRARIO. TERRITORIALIS
GEORGII. HODAICHIUS. MVRKIA

KILLIE. STANNO. BURSCHEIN

CD. 1926. 3. 7.



DISQVISITIONIS
DE
CONCILIO TRIDENTINO
PARS PRIMA:
NVM HOC PRAEDICARI POSSIT GENERALE.

Complures de concilio Tridentino habentur quaestiones, inter quas primum occupat locum illa, an praedicari possit generale. Cuius ut tractatio sigillatim pariter atque oratio omnis, quam instituimus, a definitionibus sufficientibus profiscatur, quaenam sit notio conciliorum, iam quidem supponere licet (*), ita tamen, ut quidnam sit Tridentinum, etiamnunc strictim enarrari debere videatur. Digitum intendimus in illud, ex quo Pontificiorum doctrina

D

na

§. I.
Descriptio
Tridentini
Concilii.

(*) Ex praemissis Exordiis.



na potissimum est dignoscenda, cuius vox, vii ait ROBERTES BELLARMINVS, Ecclesiae Catholicae vox est, cui Catholici omnes ingenia sua atque iudicia sponte subiciunt; cuius igitur etiam notitia vix quisquam nostrum ita plane destituetur, ut status, in quo versamur, supine incuriosus videatur. Iam ad distinctam cognitionem de ipso pauca ex fontibus delibare sufficiat.

§. II. Dudum in Bulla LEONIS saeculi decimi sexti anno vi-
cesimo primo in coena Domini publicata sonauerat fulmen:
Excommunicamus et anathematisamus Lutherum et eius sequaces (1)
per histori-
cam narra-
tionem. Sed

(1) Haud quidem me fugit, iam antea infensi erga LVTHERVUM animi iudices edidisse curiam Romanam. Constat inter omnes, haud multo post quam MARTINVS noster indulgentiarum a TEZELIO praedicatarum impudentia excitatus Theses XCV. nunc notissimas A. MDXVII. publice proposuerat, LEONEM LVTHERO diem dixisse, denique substituisse CAIETANVM legatum, ut reus sententiis nuncium remitteret. Constat potro, hic quum morem gerere noller, sed a legato ad Pontificem prouocasset, infecutam esse Bullam ipso anno saeculi XVIII. in qua indulgentiarum doctrina comprobatur, haud tamen nominatim damnato LVTHERO. Conf. SLEIDANVM p. 17. SECKENDORFI Hist. Luth. lib. I. p. 58. f. VAL. ERN. LÖSCHER Act. et docum. reform. T. II. cap. XI. p. 435. f. Constat denique ex l. c. hoc facto nostrum more maiorum et iure Germanorum prouocasse ad futurum liberum concilium, LEONEM autem componendae litis spem et abiecisse et extinxisse, quum anno XX. XVII. Kl. Jul. h. c. d. XV. Iunii doctrinas LVTHERI publico decreto proscriveret, eiusque scripta addiceret flammis. Quam quidem Bullam ex Bullario illo magno, quod LAERT. CHE-

Sed huius ex potestate dictatoria datae Bullae similiumque edicto;

RUBINVS instituit, haurire quum paucis liceat, PFAFFIVS in *Hist. Theol. litter. T. II. p. 42.* aliique exhibent. Sed leuiora erant haec praecludia. Post nouam demum LVTHERI audaciam, qua hanc eriam legem alterain adeo vnam iure, quod Canonicum dicitur, combusserat, animi fortis a Pontificis Imperio alieni tulit poenam, ut LEO nouo decreto d. V. Ianuar. MDXXI. ipsum cum sociis communione sacrorum priuaret, et tamquam pestem & latem vtriusque reipublicæ execraretur. *vid. PFAFF l. c.* Quae quum ita sint, illustrissimo IVSTINO FEBRONIO in antea citato libro de *Eccl. statu* eiusdem praefatione D. 3. initia separationis nostrae a dissensionibus minus de doctrina contemplativa, sed potius de abusibus curiae Romanae arcessenti, haud aegre concederim, Pontificem horum potius quam illius opugnationem iniquo tulisse animo adeoque ad schisma prope rasse. Cur hoc non concederim? Hoc nil aliud est, quam idem, quod LVTHERVUS in *Art. Smalc.* postquam P. II. abusus impugnauerat, testatum facit, in limine partis III. scribens: *De sequentibus articulis agere poterimus cum doctis et prudentibus viris, vel etiam inter nos ipsos. Papa et regnum Pontificium illos non magnopere curant, conscientia enim apud eos nihil est, sed pecunia, gloria, honores, potentia ipsis sunt omnia p. 317.* Minime autem negari potest, nostrarates pessimis abusibus obuiam euntis illico insimul, vel maxime saltim per indirectum errores Romae nouae oppugnasse. Locum, qui nobis opponi potest, *ex A. C. epilogi Art. doctrin. p. 19.* abunde vindicant commentatores L. S. nostri. Liquet, ut cetera taceam, ex colloquio Lipsiensi, de naturali homines facultate ad bene agendum, atque de operibus propriis, per quae de meritis CHRISTI detrahitur, iam disputatum esse anno MDXIX. *vid. VAL. ERN. LÖSCHERI Act. et Docum. Reform. cap. VII. f. p. 203. f.* Nunc autem quum ipsa fundamenta doctrinae Pontificiae labefactaret, ferri amplius non potuit; sed ipse cum so-

D 2



edictorum auctoritas haud aegre infirmari poterat. (2)
Vulnus sanando adferendam medicinam plurimi statue-
rum

ciis inter haereticos est relatus. Iam oculis meis se offert Bulla
Leonis Pape X. in cena domini publicata 1521. ad quam prouo-
care liceat mihi, prout eam per modum appendicis continet
Agenda secundum ritum excellie Suerin correcta in 4. (Rostochii
apud Diuum Michaelem ex fratrum chalcotypa officina hec
agenda impressa fauste finem accepit. Anno a Christo nato
M D C XXI. vicesima octana Augosti) Bullae memoratae rubro
subscribuntur verba: *Mandatur in virtute sancte obedientie
vniuersis & singulis dnis curatis et eorum capellais, nec no
aliis Diuini verbi predicatoribus, scolaribus aut reglaribus, per
ciuitatem & diocesi: Suerinen ubil'ibet constitutis, vt sequen
tem bullam, ad minus semel singl'is annis in ecclisis suis, pre
sertim, in medio quadragesime, vel dnica Iudica aut alio die
festiuo & competenti in eadem quadragesima, Christi fidelibus
solemniter publicent et declarent, iuxta mandatum apostolicum
in fine eiusdem Bulle contentum. Ad consilium, quo ductus
Bullam euolui, pertinent haec eius verba, quae neglectis vo
cum compendiis adscribam: Excommunicamus et anathema
tismus ex parte Dei omnipotentis - - auctoritate quoque bea
torum apostolorum - - ac nostra omnes haeretices - - et nuper
ob similitudinem impietatis per nos damnatum Martinum Lu
therum et eius sequaces, ac illi quo minus puniri possit, quo
modo libertate fauentes,*

(2) Si vel maxime Romano-Catholici Bullis ex cathedra datis
privilegium infallibilitatis tribuerint, idem tamen non valebit
quoad leges ex plenitudine potestatis datas. Illustrationis
causa sint litium Baianarum & Iansenianarum damnationes,
de quibus me historiam legis contra IANSENII scholam ab
INNOCENTIO X. rogatae (vid. Nou. Biblioth. Lubec. Vol.

runt esse concilium, siue per terras occidentales, siue per
Germanias.

*VII. p. 128 f.) conscriptum immortalis MOSHEMIVS morti
paene vicinus saltim ipso fatali morbo iam tam pressus litteris
Götting. 1754. d. 3. Iun. exaratis plura docuit repetitu non
indigna: Urbanus des VIII. Bulle ist prid. Non. Mart.
1641. gegeben, und erst den 19 Iun. 1643 publicaret wor-
den. (Sie heißt in der Jansenistischen Streitigkeit in eminenti
weil sie sich mit diesen Worten anfängt.) Es ist eine ordent-
liche Bulle, allein sie hat die Kennzeichen einer Catheder-Bulle
nicht. Und in Frankreich kann sie gar nicht gelten, weil die
Worte drin stehen: Motu proprio et ex certa scientia nostra
et de Apostolicae potestatis plenitudine cet. - - Man zweifelte
an der Richtigkeit dieser Bulle, so wohl in als außer Frankreich
(Nimirum oppositio et denegatio modestiore stylo dubitationis
inter catholicos ornari solet, - -) Im Jahr 1651 baten endlich 85
Französische Bischöfe in einem Schreiben Innocentium X. daß er
einer jeden verdamnten Proposition ihren besondern Werth
zueignen, und insonderheit über die bekannten 5 Propositiones
sein Urtheil fällen mögte. Argentré T. III. p. 260. Darauf
folgte die erste Bulle Innocentii X. 1653. (Recte igitur mihi
etiam videor hanc ipsam Bullam l.c. descripsisse ut documentum
Romanae impotentiae in caussa de gratia et adjunctis primarium
tantumque, ut postea sanando vulneri medela adferri non posset)
Pergit MOSHEMIVS paulo post: Die Bullen wider den Bajus,
die Pius V. 1567. und Georgius 1580. heraus gegeben haben,
sollen nach dem Sinn der Anhänger des Papstes gültig seyn.
Allein das macht keine päpstliche Bullen in Frankreich und in
den Ländern, die so wie die Franzosen denken, gültig. - -
Zum Unglück haben sie nicht einmal alle Kennzeichen einer ex
cathedra gegebenen Bulle, die allein das priuilegium infalli-
bilitatis hat. In einer Katheder-Bulle muß die formul de con-
fessu fratrum stehen, eine Katheder-Bulle muß mit gewissen
Formalitäten publicaret seyn u.s.w. das fehlt bey diesen Bul-*

D 3

Germaniam saltim, generale. Aegerrime huc adduci potuerunt

len. Daher können sogar die Ultramentani streiten, und haben auch darüber gefritten, ob sie ohne Ausnahme gelten können. -- Addantur quae docuit idem vir summus Kirchenrecht p. 199. s. Proinde si quis Romani coetus cultor vel maxime haud diserte acceſſerit ſystemati appellantium, vrgere tamen potest, illum non per auctoritatem ſuam ſolam leges ſan- cire poſſe, locum igitur habere retentionem bullarum. Lat- giamur, leges in cauſis fidei vniuersam Eccleſiam obligantes condendi ius Pontificium oppugnari perperam ex iure Epifcoporum, ſtudiumque eſſe ſuſpectum, quo ſtudet FEBRONIUS cap. V. §. 1. p. 221. Stabit tamen retentio bullarum vi placiti regii, quod prouti idem cap. IX. §. 8. p. 598 - 600. COVARV- VIAM aliosque in partes ſuas citans docet, iuri Principum (ſcili- cet Christianorum) adeo inhaeret, vt eodem abdicare ſe nequeant. Sic etiam plurimi Germani Bullam coenae in Germa- nia vim legis obtinere negant, propter ea quod non recepta eſt haec lex, quae absolutam monarchiam Romani Pontificis praedicit, recepras autem ab abuſu appellationes condemnat, Cle- ricos ab omni iurisdictione magistratus politici, per consequens etiam in temporalibus a legitima principis potestate eximit ſub actuali excommunicationis declaracione Conf. ſa- pe cit. FEBR. p. 239. Eodem ſpiritu ducti Principes imperii noſtri, HADRIANO LEONIS ſuccellore edicti Wormatiensis, quo A. MDXXI. LUTHERVS vna cum alleclis erat proscriptus, exſecutionem vrgente, in Comitiis Norimbergensibus, centum grauamina Germanorum aduersus ſedem Romanam exhibuerunt, declaran- tes, illa niſi a Pontifice tollantur, compelli ſe, vr ab illis ipſi ſe liberent. Quorum grauaminum ſupina neglectio cum pal- babili abuſu Pontificia auctoritatis coniuncta, vt post ESPEN- CAEVM adſerere non veretur FEBRONIUS, primaria diſſidio- rum in religione cauſa eſt. Notatu digniſſima ſunt verba p. 378. quorum finis eſt hic: - (Acatboli ci) dicunt, ſchisma eſſe in Eccleſia non ipſorum voluntate, ſed illorum facto, qui,

tuerunt Pontifices.(3) Tandem post tot prorogationes
deligitur Tridentum, modicum in confiniis Germaniac et
Italiac

ne vetus sanaque disciplina omnibus Ecclesiis restituatur, totis
viribus obſtunt. Qua in re num illi recte ratiocinentur,
ego quidem nec affuerauero, nec credidero. Pontifici in Ger-
mania non coeum deberi sed ratione fultum obsequium, itidem
docet BARTHELIUS in Annot. ad Ius Canon. I. i. tit. 33. p. 138.
Ex sententia ANDR. DVVALLII non quidem est, quod ob-
iniurias a Pontifice factas prouocetur ad concilium, quum prin-
cipes sibi consulere possint strenue resistendo, et principis au-
toritas contra abusum potestatis sit imploranda. Tr. de supr. R.
Pontif. in Eccl. Potest. P. II. qu. vlt. Fateor quidem, neque hunc
neque ceteros similia tradentes, principium suum extendere vs-
que ad caußas fidei. Sed eadem habetur ratio; modo per-
pendant, quae iubet IVSTINIANVS Nov. 137. - - Quanto
plus studii adhibere debemurs circa diuinarum legum custo-
diam, quae super salute nostrarum animarum definirae sunt!
Abiectis decretalium ab ISIDORO mercatore suppositarum
principiis, in proclui est conclusio, eodem iure, quo Pontifi-
cias non nullas declaraciones deprecatur Germania, prout docet
perill. SENKENBERGIVS in Epist. praefixa collect. Recess. Imper.
§. 21. p. 51. Germaniam eriam deprecari posse iussus Pontifi-
cios credendi contra voluntatem diuinam reuelatam. Eamdem
denique ob rationem, qua ducti ipsi Pontificis ministri A.
MDXXXVI. iubente PAVLO III. congregati abusus in di-
spensatione circa nuptias iure Diuino prohibitas vitio vertunt,
LVTHERI amicis dudum & semper disputare licuit, Pontificem
dispensare neque posse neque debere circa doctrinas iure Diui-
no determinatas.

(3) Ponamus, memoratam Bullam LEONIS haud vi sua destitui,
nequaquam cendam pro nulla. Dicamus in gratiam strenue
Pontificiorum, iam superiore XX. anno XVII. Kl. Iulii post con-
gregationem Cardinalium Senatus et aliorum de fratrum con-
feſu et voluntate decretam esse damnationem LVTHERI et fo-



Italiae oppidum. Indictionis Bullam dat PAVLVS A.
CIO EC XXXII. II. Kl. Iun. Prima autem sessio demum A.
CIO

ciorum; quo facto haud pluribus opus fuisse deliberationibus,
atque a Romano Pontifice, qui antiquitus die Iouis ante Paschae
diem homines facinerosos, potissimum haereticos, execrari con-
sueverat, in numerum haereticorum non potuisse non referri
familiam Lutheranam. Verbo, agnoscamus damnationem no-
stratum ex cathedra rite factam existere. Quod ex una parte
largientes, ex altera acquiescimus in appellatione ad Conci-
lium, quae effectu gaudeat suspensio. Galli; quoad Bullas
prouocant ad consensum Ecclesiae generalem sive in concilio
sive extra illud constantem. Ille autem ab ipsis ne praesumi
quidem potest, nisi non solum a Clero Gallico ponderatae
ratihabitae et receptae, sed etiam per litteras patentes regis a Par-
lamento tabulis insertas adeoque per populi supremum domi-
num, consentientibus libertatis populatis vindicibus, confirmatae
fuerint. Quam libertatem tuentur Galli, vti constat ex RICHERII
et LAVNOII scriptis, eadem nisi Germani nostres cur non
appellassent? Nonne hoc ipsum peregerunt? Ex fontibus
historiae sacrotum emendatorum SLEIDANO, SECKENDOR-
FIO, COELESTINO, CHYTRAEO plurimisque aliis scriptoribus
abunde id liquet. HADRIANO respondentes ordines imperii
jamiam in comitiis Norimbergensis proposcerant concilium
liberum in Germania. Succedenti CLEMENTI A. MDXXIV.
in iisdem comitiis respondentes principes iterum tale flagita-
tunt concilium. In comitiis Spirensibus anno saeculi XXVI.
celebratis Imperatorem legem Wormatiensem urgenter exora-
runt, liberum vt concilium conuocaret; quo decreto, dum
hoc fieret, libertas sentiendi nostris fuit salua. In nouis Spirae
A. XXIX. coactis comitiis res quidem fecus cedebat, et per
maiora suffragia arbitrium illud singulorum tollebatur, nostros
autem sollemniter protestati sunt. Quo facto pedetentim mollio-
rem animum imbuerat Caesar ipse, vt Pontifici Bononiae neces-
sitatem concilii grauiter persuadere studeret, hic autem con-

circc XLV. d. 13. Decemb. celebratur. (4) Bulla facultatis
trans-

cilio manus porrigerem noluit, sed poenis prauitati haereticae dicti-
randis. Comitorum Augustanorum, in quibus Confessio
nostratum tractata est, exitus fuit horribile decretum, quod
Wormatiensi nouam vim addebat, et praecipiebat, vt, qui ca-
stra Pontificia deseruerant, intra menses aliquot redirent, ad-
iuncta clausula poenali, adiecta spe misera de concilio sex intra
menses NB. Pontifice auctore cogendo. Sereniora secuta sunt
tempora, quum A. XXXII. Noribergae conueniretur, vt pace
fruerentur LV THERI amici, donec aut in concilio conuocando
aut in comitiis imperii statueretur, quomodo de religione eslet
fentiendum. Caesar igitur Pontificem obtestabatur, concilium
vt maturaret. Sed CAROLI V. flagitationibus semper restitit
CLEMENS VII. Cuius quidem successor PAVLVS III. Mantuam
deinde Vincentiam designauit locum concilii. Quae tamen co-
namina caruerunt successu.

(4) In indictione memoratu digna occurunt verba: *quod maxi-
me quidem a praelatis principibusque Germaniae Deum ipsum
atque nos impetrare aequum est, vt, quum corum praeceps causa
ipsiusque cupientibus concilium indictum sit, et in ea ciuitate
indictum, quae ab iis est desiderata, ne grauentur ipsi e. t. p.
Sed latere anguem sub herba, monuerunt Protestantes in caus-
sis recusati concilii Tridentini; Idemque dudum ante subodorati
erant. In conuentu Smalcaldico MDXXXVII. iam testatum
fecerant, tantum abesse, vt per necessitatem suam indigerent
concilio, vt ab eo haud vere tali beneque constituto potius ab-
horrerent. Idem in aureorum Articulorum Smalcaldicorum eo-
dem consilio confectorum praefatione LV THERVS indicat ver-
bis: *mit Ernst und wahrhaftig ein recht frey christlich Concilium zu halten, it. als werde er nimmermehr ein frey christlich Concilium leiden, vielweniger selbst halten, & postea nicht das wirs bedürfen, denn unsre Kirchen sind nun durch Gottes Gnade mit dem reinen Wort und rechten Brauch* - - -*

E

erleucht

transferendi concilii ad commodiorem locum datur Anno saeculi istius XLVII. ipsis Kl. Mart. (5) Placet igitur ob morbum cum vitae discrimine coniunctum, Bononiam transferre concilium. Bononiae quidem conuentus dicto anno habentur, sed plane inanes. Successor IVLIVS III. Bullam resumptionis concilii Tridentini dat, anno XLVIII. Kl. Decemb. (6) De novo habetur prima sessio A. LI. Kl.

Maii

erleucht und beschickt, dass wir unserthalben nach keinem Concilio fragen und in solchen Stücken vom Concilio nichts bessers zukönnen noch zu erwarten wissen. Quo animo imbuti pern anserunt nostrates et Tridentini auctoritatem etiam A. XLV. respuerunt. Interim inductionem illam deprehendimus insignitam Bullae ex cathedra datae formula, nempe quod de venerabilium fratrum consilio et assensu sacrum oecumenicum et generale concilium in ciuitate Tridentina indicatur.

(5) Huius Bullae formula ab ante memorata differt, quum haec ibi extant verba: *Motu proprio et ex certa scientia ac de Apostolicae auctoritatis plenitudine, parique consilio et assensu.*

(6) IVLIVS fuerat unus ex tribus cardinalibus legatis a latere concilio praesidentibus. Bulla habet formulam: *Ex certa nostra scientia et de Apostolicae auctoritatis plenitudine ac venerabilium fratrum nostrorum consilio et assensu. Sigillatim etiam commemoranda sunt verba: Nos, ad quos spectat generalia concilia indicere et dirigere ut - - tranquillitati ipsius Germaniae, quae - - in exhibenda maximis Pontificibus Christi redemptoris nostri in terris vicarii debita obedientia et reverentia nulli Christianorum prouinciae fuit secunda, paternae consulamus.* Iam quidem Imperator omnem mouebat lapidem, ut Protestantes Tridentum se conferrent, pacemque inirent. Sed nostrates, et prae ceteris ipse MAVRITIVS Saxo MDL in comitiis Augustanis concilium Romani Pontificis vinculis

Maii. Sed anno sequente LII. in sessione 16. vel noua sexta fit decretum suspensionis. Qui Germaniam turbatam pacis religiosae praeludiis donat, ipse hic annus patribus Tridentinis otia facit.(7) Meliorum temporum spe sua quidem etiamnunc ducuntur, sed excidunt omni. Pax publica religioni in Germania datur anno LV. Quare suspensio ad biennium facta in inducias decennales mutatur. Proinde succedens PIVS II. postulationibus fatigatus de novo quidem indicit concilium Tridentinum, sed instituit querelam, quantopere interea auctae fuerint et multipli- catae ac propagatae haereses, quantopere schisma creuerit.(8) Iam concilii omni sublata suspensione celebrandi

prima

culis solutum postularunt. Paululum quidem cedere videbantur anno LI. legationem ad Synodum parantes, qua occasione MELANCHTHON et BRENTIUS repetitas confessiones Saxoniam et Wurtenbergicam conscripserunt. Protestantium alli- ciendorum causa etiam in concilio decernebatur saluus con- ductus d. XI. Octob. anno LI. et plenior d. XXV. Ian. anno LII. sed in cassum, quum sacrorum libertatem in Germania haec- nus frusta expeditam armata manu vindicaret MAVRITIUS.

(7) Conqueruntur in decreto citato, se excidisse spe non leui fore vt Germani, qui nouitates excitarant, veris Ecclesiae mo- nitis acquiescerent. Conqueruntur de repente ortis tumultu- bus, per quos concilium velut haerere cogeretur. Decernunt progressuum spem in meliora tempora reiiciendam. Nimirum per progressus inopinatos MAVRITII, quibus factum est, vt Imperator Protestantibus Passauii tranquillitatem concederet, animi eorum erant deiecti.

(8) In hac Bulla occurunt formulae: *habita cum venerabilibus
fratribus nostris S. R. I. Cardinalibus deliberatione matura,
E. 2 fuctis*

prima sessio habetur Anno LXII. d. 18. Ian. Extrema quidem Protestantes allicendi fiunt pericula, sed a sessione 21. vel noua 5. usque caussae feraude tractantur, atque festinatur ad finem, qui concilio tandem imponitur sess. 25. amplissima, quae d. 3. Dec. coepit et d. 4. Dec. absoluta est Anno CICICCI.

§. III. An nunc post ducentos annos Pontificiis iubilare licet
Forte ante de illo, quod breuitatis caussa ceu in arida tabula hactenus
eo iubilans descripsi? Haud omnem illius historiam ex SARPIO, VAR-
dum est? GA, VISCORIO itemque PALLAVICINO excerpere, (9)
sed ea tantummodo adferre animus nobis est, quae ad
proposito

*factis etiam consilio nostri certioribus carissimis in Christo filiis
nostris FERDINANDO Romanorum Imperatore electo et aliis
regibus atque principibus - de corundem fratrum nostrorum
consilio et ad sensu sacrum Oecumenicum et generale concilium
ex auctoritate eiusdem DEI et beatorum Petri et Pauli decernimus. Quae quidem ex cathedra dictio non adeo dictatoria
videtur, attamen principibus solam obsequii gloriam relinquit.
Verba fluunt ita: Principibus, quos quidem, sicut de
eorum summa pietate et sapientia nobis pollicebamur, paratissi-
mos ad ipsius concilii celebrationem inuenimus. Porro per DEVUM
scientem contestatur propositum suum nempe disperfarum ouium
reductionem. Id quod vix vlla adseueratione indiguisser.*

(9) Inter fontes historiae hie ipsa auctorum monumenta primum
quidem locum occupant concilii canones et decreta atque Bullae
Papales. Sed his accedunt plurima alia, ut a VASSORIO edi-
tiae epistole FR. VARGAE, aliorumque Episcoporum Hispano-
rum, itemque VISCONTII, Nuntii Pontificii Epistolae, potissimum autem quae suppeditat SARPIVS huiusque oppugnat-
or PALLAVICINVS ipse. PAULVS SARPIVS Venetus, vir in
omni

propositum finem requiruntur. Quaeritur ante omnia, num fuerit generale.

Est, est, inquiunt, oecumenicum, propterea quod ab episcopo oecumenico indictum, directum et confirmatum est; idque κατ' εξοχην tale, quoniam tam splendidum conventum multa retro saecula non viderant. Sic sine dubitatione generale esse docent Pontificii, saltim rigidiores.

(10)

§. IV.
Stat. Contro-
trou. num
fit genera-
le siue oe-
cumeni-
cum.

omni eruditionis genere versatissimus, Italice scripsit historiam Conc. Trid. quae Geneuae 1629. prodiit sub rubro: *Istoria del Concilio Tridentino di Pietro Soave Polano*. Prodierat autem iam ante Londini 1619. obstetricantes manus praebente MARC. ANT. DE DOMINIS. Opus hoc latine edidit AD. NEVTONVS. Post varias interpretationes Gallicas omnium industria superauit COVRAYERIVS, obseruationibusque suis illustrauit. Quare huius ipsius interpretis labor teutonica reddi coepitus est Hal. 1761. 8. Contra interpretationis accusationem quaedam monet Ven. ERNESTI Theol. Bibl. 2. B. p. 717. Interim CEL. RAMBACHII nouae obseruationes operi decus conciliant. Laudem etiam meretur praefatio interpretis Teutonici, qua Romano Catholicorum de concilio Tridentino iudicia ponderantur. Vita autem SARPII, quam COVRAYERIVS scripsit, quodammodo emendari potest ex FRANC. GRISELINI memorabilibus FRA - PAOLO SARPI, quae ex Italico Teutonica redditia prodierunt. Vlm. 1761. Quod scriptum γνωστος Pontificiis non minus quam ipsa historia Sarpiana inuisum esse potest. PALLA- VICINV, cui labor purpuram peperit, laudat et in bonam interpretatur partem, quae ille vituperauerat et in sinistram verterat; sed quoad facta ipsa parum ab illo distat. Argumenta, quibus Iesuitae Treuoltienses VARGAE auctoritatem infirmare student, sunt misera. Recenset ea WEISMANNVS in H. E. N. T.

E 3

(10)

(10) Sed primo cauendum est, quo minus concilii generalis notionem deceptricem foueamus, per quam ecclesia representatiua, quae dicitur, vniuersa cum Ecclesia generali species suas complectente confunditur. (11) Tumque, quisnam Ecclesiae iura rite exercere possit, ideoque concilio generali auctoritatem parere debeat, disputationem erit.

§. V.
Illustratur
auctoritate
confesio-
rum no-
strorum.

Prouocarunt emendatorum sacrorum auspices identidem ad concilium generale. Negari vix potest generalis concilii characterem ab iis obscurius adumbratum, minus enodate explicatum esse. (12) Parum adeo abest, quin verbis quibusdam Pontifici Romano ius conuocandi concilii tribui videatur. Sed verba sic sonantia occurrunt in recensita sententia Caesaris, qui quamuis potestate sua haud explanate se exsueret, Pontifici tamen nimis tribuebat per temporis iniuriam. Posterioribus temporibus in caussis recusati concil. Trident. earumque repetitione nostrates luculentius declararunt, ius conuocandi concilium generale in Germania competere Augusto Regi Germaniae. Eiusdem tamen sententiae vestigia

(10) Qui Ultramontani audiunt.

(11) Ex ante dictis iam constare potest, concilia, quae conuentus de caussis religiose statuendis diximus, esse generalia, non si quoad speciale statum Ecclesiae ministrorum, sed si generali per ecclesiam polleant auctoritate.

(12) Id quod certe ex temporum illorum conditione nemini bono mirum videri poterit.

stigia iam deprehendimus in ipsa ante memorata confessionis Augustanae amicorum appellatione, (13) de qua scribunt ipsi: *Cui appellationi ad V. C. M. simul et concilium adhuc adhaeremus.* Quo ipso concilio etiam diserte prouocarunt ad concilium in Germania habendum, in quo de rebus Germanicis ageretur. (14)

At

(13) Quae fit ad Concilium generale, sed etiam simul ad Cae-
far. Mai.

(14) Cuius non in Italia sed in Germania habendi spem fecerat
CAROLVS V. Norimb. MDXXIV. et in comitiis sequentibus.
Quum autem PAVLVS III. Pontifex Concilium Oecumenicum
per PAVLVM VERGERIVM legatum mirifice creparet, inter
caussas recusati concilii Tridentini amplissime expositas potis-
simum nostrates retulerunt, hoc non competere Episcopo
Romano, sed Imperatori ceterisque imperantibus Christianis.
Eademque, quum ab Imperatore MDLXI. Numburgi iu-
berentur, vt Concilio, quod PIUS IV. de nouo indexerat,
interessent, repetunt nostrates, atque simul ostendunt, Tri-
denti eo usque habitum non esse Christianum. Conf.
GOLDASTI Reichshändel teutonica collecta P. XVII. vbi
P. 745. nicht vom Papst sondern von Elw. Kays. Majest.
mit Rabi der Churfürsten, Fürsten und Stände des Reichs
und andern Christlichen Potentaten &c. Verba eidientia
sunt im Ablehnungsschreiben wider das von PAVLO III. ange-
stellte concilium, daß nicht dem Römischen Bischof zustehet und
gebühre, sondern der weltl. Obrigkeit Amt als der Kay-
serl. Majest. und anderer Christlichen Potentaten Concilia
zu lenken. Generale nationis Germanicae in Germania sub
eius capite membrisque haberi debet.

§. VI.

Quidnam sit oecumenum est. Concilium generale repraesentare debet omnes in nicum per toto orbe Ecclesias. Sonoro igitur sub nomine oecum vulgarem menici concilii contra nos Pontificii iactitant Tridentinum.

§. VII.

Quaerentes oecumenicum in omni *angustia* secundum Tale aut analogiam ab *οικουμένη*, quae significat vniuersum terrane plane dari rum orbem, vereor, ne deprehendant nullum. Quoniam quae tempore et quonam loco congregatus fuit coetus singulos per totum terrarum orbem pie credentes rite repraesentans? Nonne in ipso Nicaeno omnium amplissimo plurimarum Ecclesiarum visibilium occidentalium neque Episcopi neque alii repraesentantes aderant? Quot praeterea latere possunt pii, in primis sub persecutionibus, quorum nullus in concilio repraesentans adesse potest? Fac etiam hoc adsumi *παχυλως*, seu secundum quid oecumenicum nomine potiorum in Christiano orbe Ecclesiarum; num ea propter huius sanctionibus vis ineerit in quolibet terrarum angulo legalis? Atque ut plane ingenue differam, ponas concilium ex vulgari definitione generale, congregationem scilicet omnium episcoporum Christianorum; num hoc potest esse fundamentum obligationis intuitu Laicorum, qui dicuntur, utpote qui tamen in illos nulla ratione compromiserant? (15)

Ad

(15) Quando singula Ecclesiae membra consentiant, eumque consensum saltim ex post facto declarant, secus res se habet, si vel maxime synodus ex paucissimis Theologis fuerit conflata. Sic res

Ad rectam definitionem Grammaticam siue nominalem omnino conferri debet non sola Etymologia, sed potissimum etiam usus loquendi. Orbem Romanum esse praedicatum *οἰκουμένην*, ex Luc. II. 1. et alioquin notissimum esse potest. (16) Evidem non negauerim, splendida huiusmodi nomina Romanos fastu suo ductos semper affectasse, qui urbem orbem et homines urbi non subiectos facile dixerunt

§. VIII.
Aut tan-
tummodo
per fictio-
nem et
praiejudica-
tas opinio-
nes conci-
pitur.

se habet in recepta formula Concordiae; quidquid ARNOLDVS ceterique eius obrectatores garcant. Sed omnium Episcoporum consensu facta decreta, qua talia, alios ad consensum obligare, et vim legis habere, non duxerim. Secure igitur desero vulgarem definitionem, quae ad Concilium generale requirit omnium Episcoporum Christianorum congregationem. Quam etiam plurimi doctiores exploserunt, ut Ven. WALCHIVS Fil. & Ven. ERNESTIVS. Ille quidem *Entw. einer vollst. Hist. d. Kirchenversam.* Praepar. §. 6. definitionem dicit grammaticae rectam. ERNESTIVS monet T. I. Theol. Bibl. p. 408. illam ne etymologice quidem sibi constare, per etymologiam nil amplius ponit, quam congregations illas esse ex *οἰκουμένη* collectas. Pace tanti viri dixerim, sic terminum fore significatus nullius. Priuatissimae etiam societates oeconomiae essent oecumenicae. Dioecesana concilia dicuntur, quae per Dioecesanum torum collegium valent; Nationalia quae per totam nationem valent. Sic quum plures nationes sub uno Imperante esse possint, Oecumenica erunt, quae per totum *οἰκουμένην* valent. Quidnam autem sit *οἰκουμένη* non ex sola Etymologia sed potissimum ex usu loquendi conficiendum esse, facile consentimus.

(16) Simili modo GELLASIVS CYZICENVS in *Exord. lib. I. Act. Conc. Nic.* οὐσίαν Ρωμαίον pro imperio Romano adhibet, ubi ait, Synodus Nicaenam ex omnibus mundi Romani provinciis esse conuocatum.

F

xerunt Barbaros. (17) Per Synecdochēn partis pro toto
haec explicanda esse , qui negauerit , turpiter se daret;
paene quemadmodum in pago rustico villicus angustis vil-
larum paucarum et forte vrbis proximae limitibus circum-
scribi terrarum orbem lepide sibi persuadeat. Sed fallor?
An Episcopus Romanus potissimum illius vrbis splendore
abusus est ? Scilicet qui ipsius dictaminibus morem non ge-
rebant, illos ceu fungos terrae nihili ducendos esse existima-
uit. Certe qui ab ipso ad Concilium quoddam delegantur
et admittuntur, habendi erunt instar omnium.

§.VIII.
Applicatur
ad Tridentinum.

Dispiciamus, num Pontificii ex vulgari illa definitione
caussam de Tridentino iubilandi sufficientem trahant.
Lucus plane sit oportet, qui somniet, singulas per totum
terrarum orbem Ecclesias illuc delegasse viros, quibus ne-
gotium hoc commiserint iudiciumque submiserint suum.
Nihil igitur reliquum est, quam ut viri per Papam ceu
Episcopum Oecumenicum delecti et approbati Ecclesiam
repraesentatiuam & vniuersam confidere, ceteri vero quasi
ignobilior pars flocci habendi, per fictiones et praeiudicata
opiniones videantur. Verum enim vero prouocare
licet ad Vos, piae Ecclesiae orientem solem spectan-
tes, quae masculine testamini contra arrogantiam Episco-
pi oecumenici, qui per sceleris scelestam approbationem
titulum sibi acquisiuit. Quin imo ipsae Ecclesiae latinae
illae , quae a principiis per GREGORIUM VII. dictatis
de-

(17) Quisnam vñquam fuit dominus totius terrarum orbis vel
maximae partis? Num NIMROD et BELVS? An ALEXANDER?
An CAESAR et AVGUSTVS? Rerum omnium ignarus sit
oportet, qui ita sentiat.

desciscunt, Galli potissimum, quos sequuntur Scoti, Hiberni aliique, quodammodo sunt testes veritatis. (18) Quantis quaeso motibus Galli Tridentino se opposuerunt! Certe parum abest, quin, quo oecumenici Monarchia magis extolli, eo rectius Aristocratia vincere videatur.

Ipse me iam faciliorem praebeo, neque generale, quod per totum terrarum orbem valeat, amplius postulo. Sufficiat, si concilium in hac illae natione re vera habeat vim et potestatem obligantem non solum quoad speciale statutum ministrorum, sed generatim quoad totam Ecclesiam. (19) Paradoxum quidem videri potest, si hoc, quod primo intuitu nationale est, pro oecumenico sumam. Sed ipsi Etymologiae satis consentaneum est, atque usus loquendi plane postulat, ut Augusti nominentur της οικουμενης terrae habitabilis, h. e. per metonymiam necessariam omnium terram habitantium Imperantes. Vnde etiam concilia oecumenica denominata sunt illa, quae per totam terram,

- hoc

§. X.
Rectior
definitio
conciliige-
neralis.

(18) Non solum Bullas Pontificis ex ipsa Cathedra dictas, h. e. de consensu fratrum sollemniter datas, quibus Ultramontani priuilegium infallibilitatis tribuunt, iudicio Ecclesiae vniuersalis subiiciunt, ad Concilium, quod supra Papam statuunt, appellant, vnde dicuntur *Appellant*; sed etiam omnes Pontificias decisiones, siue ex Cathedra siue per Concilium publicatas, tum demum approbant, si suffragante Clero regni ratâ habentur, atque per litteras patentes regis tabulis *Parlamenti* inseritas confirmantur. Tum demum vim legis illis tribuunt.

(19) Sic generale contra speciale rectius distinguit poterit.

hoc non est quoad orbem vniuersum creatum, sed quoad omnes terram limitibus suis circumscriptam inhabitantes Christianos, valore obligante gaudent. Per hunc characterem a Conciliis particularibus vel potius specialibus satis distinguuntur. (20)

§. XI.
Definitio
realis.

Quaeritur nunc, vnde conciliorum statuta nancisci possint valorem in Ecclesia terram quamdam inhabitante generalem. Haec sobrie exutienda sunt, ut definitio redatur realis. Nonne constitutiones sacras condere est reseruatum Diuinae Maiestatis? (21) Sed salvo hoc, quod non laedere fas est mortalium vlli, circa sacra rite tractanda locum occupant constitutiones religiosae; Quae quidem quatenus amissi verbi diuini amicius congruunt, obligacionem quamdam efficiunt internam in conscientia. Sed praeter hanc etiam externa et plenior accedere potest. Nam quid impedit, quo minus circa sacra conuentionales constitutiones concinnentur? Per regulam illam: pacta serua, nonne obligamur etiam extrinsece? Sed quum hoc in numerosa Ecclesia difficulter fiat, quaeritur, quomodo in Ecclesia, non amplius in statu naturali spectata, sed terram Patroni Christiani inhabitante, ius conuentiones generales concinnandi

(20) Conuentus ministrorum vel in vna παροιᾳ proxime cohabitum, vel in plurimum complexione διοικησει; vel in tota provincia vnam μετροπολιη agnoscente, saepius utiliter institutos esse et institui haud aegre concedo. Sed horum statuta valorem habere nequeam nisi quoad ministros conuenientes, non generalem quoad totam Ecclesiam.

(21) Quis bonus hoc neget? Id quod tamen PFAFFIVS praeponere vult in detrimentum Articulorum fundamentilium, possum in scriptis suis.

cintandi exercendum, eidemque vis constitutionum propriæ legalium addenda sit. Rapit haec omnia ad se Pontifex Romanus, ita ut conclusa concilia per ipsius voluntatem vi legislatoria armari videantur. Nos vero in memoriam nobis reuocamus, concilia oecumenica olim non nisi illa fuisse, quae volentibus et iubentibus, penes quos summa rerum erat, sunt habita. (22) Nos statuimus, eodem, quo Imperatores Christiani potentissimi usi sunt, iure etiam nunc gaudere summos magistratus Christianos, hoc iis per fictum Episcopum oecumenicum eripi non posse.

Definitio nostra facile vindicatur contra Antithesin. In Thesi tamen paulo difficiliorem dixeris iuris magistratum circa sacra pleni, sigillatim circa concilia generalia, demonstrationem. (23) Ratio quidem sana summo magistratu certissime tribuit ius prophylacticum, ne quid detrimenti capiat res publica per defectus religionis. (24) Nemo bo-

nus

§. XII.
Probatio
huius defi-
nitionis
Thetica.

(22) Primus Imperator Christianus primam Synodum Oecumenicam conuocauit, eique interfuit tamquam communis a Deo episcopus constitutus teste EUSEBIO.

(23) Evidem nolim repetere tritum illud: Cuius regio, illius etiam est religio. Neque ius principum tantum, quantum in coetu Christiano est, ex superioritate territoriali simpliciter derivare audeo. Sed difficilis labor est, quaenam summo magistratu, qua tali, quaenam eidem, quatenus Christiano, competant, determinandi.

(24) Ipsi Philosophi Pagani, ut ARISTOTÉLES l. 7. Polit. c. 8. F 3 intel-

nus autem vitio nobis vertet, si Supremo Magistratui Christiano potiora iura in obligationem data tribuerimus. Huc primi sacrorum emendatores digitum intendunt in *Tr. de potest. et prim. Papae.* (24) Postulant, *ut praecipua membra Ecclesiae consulant Ecclesiae, et caueant, ut errores tollantur et conscientiae faneentur.* Atque sigillatim addunt: *Quum iudicia synodorum sint Ecclesiae iudicia, non Pontificum, praecipue regibus conuenit coercere Pontificum licentiam, et efficere, ne Ecclesiae eripiatur facultas iudicandi et decernandi ex verbo DEI.* Quisnam est, qui non intelligat, de Magistratibus Christianis esse sermonem? Paganii Imperatores non protegebant sed persequebantur Christiana sacra. Ergo circa haec, quae vetabant, dirigenda haud gaudebant iuribus tantis, quanta demum nasci possunt ex protectione, siue aduocatia suprema. Quae explicanda arbitror ita, *ut iurium Ecclesiae collegialium, quae dicuntur, exercitium supremum hypothetice quidem, non autem absolute ex superioritate territoriali arcessendum, proinde etiam haud absolutum vel illimitatum videatur.* (25)

Ex

intellexerunt την περι το θειον επιμελειαν curam circa sacra esse caput eorum, sine quibus ciuitas esse non poscit.

(24) *P. 350. 351. edit. Rechenb.* Loquuntur Schmalcaldiç in appendice hac de praecipuis Ecclesiae membris. Haec autem spectari possunt tum *ut imperantes ciuitatis publicae, tum ut Patroni Ecclesiae Christianae.* Priori respectu ipso valere possunt haec verba: *Prima cura regum esse debet, ut ornent gloriam DEI, quare indignissimum fuerit, eos conferre auctoritatem et potentiam suam ad confirmandam idolatriam et cetera.*

(25) Duo habentur Systemata, quorum unum dieitur *Collegiale,*

Ex ipsa societatis religiosae notione fluunt iura collegialia, ita ut sua cuique libertas conscientiae tribuatur, singulorum autem consensus prouehatur. Sigillatim quoad Christianam, haud paucis quibusdam, sed toti Ecclesiae concessa est potestas clavium et omne iudicium religiosum. (Conf. Math. XVI, 19. XVIII, 17. Ioh. XX, 19-22. A&t. I, 15-23. f.) Difficile quidem est negotium limites describendi, quatenus huc pertinentia iura sint alienabilia aut non alienabilia. (26) Sed generatim religionis Christianae forma pura hoc sibi vult, ut neque cuiusdam mentis conscientiae iugum imponatur, neque tumultuarie et sine harmonia procedatur, vt *eυχημονως καὶ κατὰ ταξιν* peragan-
tur omnia. Quem ad finem igitur in iurium collegia-
lium exercitio quoad iudicia, siue in Thesi siue in applica-
tione.

§. XIII.
Reducitur
ad prima
principia.

alterum maiestaticum. Quae hoc pacto paene conciliari
duxerim.

(26) Quaeritur num illa omnino ita sint comparata, ut iis ne-
mo se abdicare possit, an et quatenus distinctio inter *alienabi-
lia et non alienabilia* locum teneat. Omnino quoad eorum
exercitium cautelis valde opus est, ut *ius plebis* neque in li-
centiam portentosam, neque in nihilam recidere videatur.
In vnum extremum labuntur Sociniani, Anabaptistae, Inde-
pendentes, Quakeri et omnes Anarchiae Ecclesiasticae viam
sternentes. BLONDELLVS etiam *ius plebis* nimis euhere vi-
detur. Pontificii plurimi BELLARMINVM sequuntur, qui
plebi solum obsequiri gloriam relinquit. Rectiora docet non
solum ex Reformatis MARC. ANT. DE DOMINIS de Rep.
Eccl. lib. 3. cap. 3. n. 12. fol. 263. BINGHAM Orig. Eccl.
lib. 4. cap. 2. §. II. sed etiam ex Pontificiis PETR. DE MARCA
Conc. Soc. et Imp. lib. 8. cap. 3. n. 4. f. 1128.

catione instituenda, obtinendum diuersae tendunt viae. In applicatione quidem, hoc est in dirimendis casibus singularibus, si colligi nequeunt vota vnamimia, res expediri possunt aut per vota maiora, h. e. per maximam societatis partem, aut per designatos arbitros; quorum locum postea etiam Patroni haud inique occuparunt. Sed quomodo absoluetur disceptatio, si ad principia et Thesin ipsam redit? Antiqua est distinctio inter Ecclesias patronatas et non patronatas. (27) In non patronatis singuli omnia tentare debent, vt animi concilientur; quod si minus obtigerit, sponte scinduntur in partes. In patronatis autem hoc in casu Patronus auctoritatem interponere debet suam, vt ponderentur et concludantur definita, generatim recipienda, ne quis harmoniam necessariam turbet. Extendit se defensionis cura aut ad singulares tantum Ecclesias aut ad omnes vni imperio subiectas. Distinguitur igitur patronatus priuatus et supremus siue regius. Vtriusque vestigia deprehendimus in primis temporibus, quibus Christiana sacra publici faboris facta sunt, h. e. in ipsius Saec. IV. fine. Sigillatim autem ius illud supremum, quod competit imperantibus defensoribus fidei,
nemo

(27) Ius hoc Patronatus est onerosum. Id quod loquitur versulus notissimus hic:

Patronum faciunt dos, aedificatio, fundus.

*sed per compendium onus contrahi potest in suscepta defensio-
ne personarum et rerum Ecclesiasticarum.*

nemo fortius tuitus est, quam LVTHERVS noster. (28)
 Quod quidem in omni plenitudine sumtum plerumque in-
 ter

(28) Concilium Toletanum primum A. CCCC. habitum com-
 memorat Patronorum consensum. Disputant quidam contra ius
 Patronatus, eidemque ipsum LVTHERVM male cupisse tra-
 dunt. Sed quaecunque LVTHERVS duriuscule pronunciaue-
 rit, dicta sunt contra Patronos, qui non suat reuera Patroni,
 defensores Ecclesiae. Inuechitur in impios Patronos et hostes
 Euangeli. Quoad primas origines iuris Patronatus priuati,
 diffiteri nequeo, superstitionem in aedium sacrarum ceu tem-
 plorum numero gloriam quaerentem haud esse laudandam.
 CONSTANTINI aevo iam incipiebant imitari Paganos, qui
 templi noui instauratori cuique tribuebant ius religiosa adornan-
 di. Suspicari tamen audeo, iam ante haec tempora umbram
 quamdam Patronatus fuisse. Nihil enim rerum naturae con-
 uenientius est, quam ut parentioribus potius quam impotentio-
 ribus committatur exercitium boni publici. Dicitur quidem
 in App. Art. Smalc. Necesse est, Ecclesiam retinere ius vo-
 candi, eligendi et ordinandi ministros. Et hoc ius est donum
 proprie datum Ecclesiae, quod nulla humana auctoritas Ecclesiae
 eripere potest. CHEMNITIUS Loc. Theol. P. III. p.335. sacri-
 gium committi dicit, siue Pontifex, siue magistratus ad se so-
 lum transferat illud, exclusa reliqua ecclesia. Sed notetur
 bene conditio: exclusa ecclesia. Fas omnino est, suum cuique
 votum negatiuum relinquere, idque, quoad per collisionem
 iurium fieri potest, ipsi exercendum. Verum enim vero nil
 impediebat ipso primo aevo, quo minus impotentiores poten-
 tioribus siue Clericis siue Laicis iudicium suum quoad res iure
 Diuino minus determinatas submitterent. In posteriorum tem-
 porum faece demum magis depravata Episcopis per ius diuinum
 talem praerogatiuum competere, traditum est. Interim ta-
 men per ipsum Ius Canonicum Episcopi Clericos ordinare de-
 bent saluo iure Patronatus.

G

ter nos Episcopale dicitur, quoniam ab Episcopis usurpatum
in tabulis pacis Osnabrugensis summo magistratui A. C.
addicto vindicatum est, non autem ut natura sua Episcopale
videatur. Sed si quis etiam magistratus Christianus vel non
potuerit vel noluerit aequalem religionis Christianae for-
mam restituere, si Clericis atque Episcopis plus, quam par-
est, tribuerit, non tamen penitus excidit illo, quod a su-
premi magistratus Christiani officio separari nequit, iure
supremi patronatus. (29) Quod cum firmo talo stet,
sponte sequitur, ut singulis vnam terram inhabitantibus
Christianis haud ullum concilium esse possit generalis nor-
mae loco, nisi primo quidem declarata supremi magistratus
Christiani voluntate, neminem sententias definitas pertina-

citer

(29) Non uno sed diverso modo et gradu ab imperantibus re-
ligionis Christianae defensoribus hoc exerceri posse, sponte
liquet. Si quis summus Imperans Ecclesiasticae formae inae-
quali defendendae patronum se commodauerit, si illud, in-
quam, sistema protegat, quod sive ad iura a collegio Clericorum
exercenda refert, quae ad iura aequalia totius collegii Ecclesias-
tici refenda erant, sive ea, quae certissime singulis ministris
tribui debebant, solis Episcopis tribuit, horum exercitum sibi
arrogare non potest; atque adeo per suam, quamvis errone-
am, conscientiam, ista iure Diuino ita se habere, Patronus ille
tenetur, quo minus eorum exercitum sibi arroget. Hanc
ob causam fieri non potest, ut in illum devoluantur iura
illa, quae ex sententiis Protestantium sunt collegialia. Sed
ea propter non expirat totum ius supremae protectionis, vi
cuius singulorum saluti consulat, atque singulorum con-
scientiae libertatem tueatur. Id quod paulo postea exem-
plis illustrabitur.

citer oppugnantem, vel informationes meliores respuentem, in ditione sua vt membrum Ecclesiae Christianae esse tolerandum; tumque singulis ciuibus suum non dissensum declarantibus, tacite saltim, quum beneficio emigrandi haud vti cupiant. Eoque pa&t{o}, qui clavum reipublicae tenens publicas leges ciuibus singulis fert, Christianorum etiam sacra spectantibus decretis, per certos ad examen caussae et ad referendum deputatos collatis, valorem non quidem omnino publicum, attamen quoad ipsos restrictum, hypothetice generalem largitur.

Ex his principiis sanioribus (30) nullo negotio concludere licet, num Pontificii contra nos Germanos de Tridentino Concilio ceu generali iubilandi caussam habeant sufficiensem. Haberent eam, si uno temporis spatio singuli Germani placita Patrum Tridentinorum normae instar generalis receperissent. Haberent eam, si saltim caput ceterique status imperii decreuissent, vt hominum ad Concilium illud delegatorum sententiae vim legis in sensu iam dicto generalis haberent. Quis autem est tam rerum ignarus, qui neque illud neque hoc factum esse nesciat?

At iuri suo quisque renunciare potest. Imperator plu[m]ique status imperii, quamuis non lubentes, aequo tamen animo tulerunt Pontificiam dominandi auiditatem. (31)

Quid-

(30) Quae tum Caesaropapiam tum Papocæsariam fugiunt.

(31) Quae religionis ministros et caussas sibi plane subiici cupiebat.

G 2

§. XIV.
Concludi-
tur Triden-
tinum Ger-
manis non
generale
esse.

§. XV.
Obiectio.

Quidnam igitur nostrates contra concilium ipsorum induxit
a Pontifice Germanicis Ecclesiis legis instar praescriptum
obtendere poterant?

§. XVI. Ad haec diluenda suppono id, quod ex iure rationali
Responsio. liquidum est, posse quidem iuri mere pro facultate sumto,
non autem iuri in obligationem dato valide renunciari, at
que sine laesione tertii. Si supremus Ecclesiae defensor non
ipso exercitio defendat, quae huic competunt, permanet
tamē ius, quod eidem radicaliter itaque singulis inest.
Mascula ad officium supremi magistratus Christiani prouocan-
tia nostrates in App. Art. Sm. p. 350. conquesti:

Papa iudicium eripit Ecclesiae. Non finit rite diiudicari Eccle-
siasticas controvexas, imo contendit, se supra concilium esse, et de-
creta conciliorum rescindere posse. (32)

At

(32) At posito, quod posuimus, fundamento, Imperator Mu-
hamedanus Christianam Ecclesiam protegens, atque Prin-
ceps Christianus Iudeos protegens, eadem iura circa sacra
exercere debet, quibus Principes nostri inter nos fruun-
tur: Nonne inde efficietur, fundamentum iurium circa sa-
cra lubricum esse protectionem supremam? Respondeamus!
Primo quidem respiciendum est ad indolem religionis, quae
protegitur. Iudaicam in regno quodam protegens eo ipso
concedit, ut secundum principia religionis suae degant, et
quod inde consequens est, Rabbinorum auctoritatem non
reprimere, neque in ritibus eorum sive forensibus sive ce-
remonialibus quidquam mutare potest. Alioquin est
persecutor Iudeorum. Porro protectio alia est nude et
simpliciter talis, ne laedarur societas, quatenus est societas
in ciuitate existens, alia est emphatice talis, ne lae-
datur sed prouochatur salus Ecclesiae. Priori in casu

At num extra Germaniam nostram vbius terrarum Pontificii iubilare possunt de Tridentino ceu generali concilio? Omnes quidem Romano-Catholici tot iura Ecclesiae generalia non recensent, quot ex mente protestantium dantur. Sed num omnes, libertatem Ecclesiae in Thesi ducunt plane nihili? An proinde quoad conclusionem etiam concilium recipere tenentur pro generali, simulac Pontifex dixit: Sic volo, sic iubeo?

Quoad

§. XVII.
Num ybi
vis extra
Germani-
am pro Ge-
nerali reci-
piendum
sit.

versantur Iudei protecti. (*Schutzjuden*) Imperantes vi iuris maiestatici eorum facultates limitibus circumscribunt, ne quid detrimenti capiat res publica; vi eiusdem funguntur officio prospiciendi, ne eorum status religiosus, quatenus societas in ciuitate existit, ciuiliter laedatur et turbeatur.. Eodem in casu versantur Christiani orientales sub Imperatoribus Muhammedanis. Secus res se habet de Imperantibus Christiana sacra tenantibus. Qui eo ipso obligantur, ut Ecclesiae, qua talis, salutem protehant. Hi respicientes ad ea, quae suppositis principiis religionis sunt magis minusue conuenientia, haud amplius dicere debent: Non curat Praetor. Iuribus igitur nouis gaudent ad finem hunc necessariis, nouis inquam, quia non absolute sed hypothetice maiestatica sunt. Denique non omnia, quibus principis nostri inter nos gaudent, iura in obligationem data dicimus. e. c. Initio emendatorum sacerorum Episcoporum potestatem non simpliciter oppugnarunt nostri. Aug. Conf. Art. Abus. Epil. et Apol. Art. 14. Sed necessitate adacti eorum potestatem sensim sibi vindicarunt: conf. Art. Sm. p. 352. Quum inquiunt, episcopi ordinarii sunt hostes Ecclesiae, aut nolunt impetrare ordinationem, Ecclesiae retinent ius suum. Christianus imperans quamuis, quae iuri Diuino non repugnant, tolerare possit, officio tamen obligatur ad curam. vt ne veritati fucus obducatur, et conscientiis iugum imponatur.

§. XVIII. Quoad principia dudum quidem systema, quod su-
 Quoad premi magistratus Christiani potestatem circa sacra tue-
 principia. tur, damnatum est a IOHANNE XXII. in Bulla: *licet iuxta doctrinam*: Sed num Pontifex in causa sua poterat
 esse iudex? Quin imo etiam haud ita pridem in re-
 gno, quod magis ab imperantium quam docentium iu-
 go abhorret, in Polonia, necesse fuit, ut BENEDICTVS
 XIV. Bullam ad Episcopos Polonos daret, in qua Pres-
 byteri DE LA BORDE liber eidem systemati fauens dam-
 natur. Quam Bullam MDCLIV. d. IV. Mart. da-
 tam sifit *Bullarii magni continuati* Tom. XIX. Num quis
 postulat illustriora exempla patronats Regii contra Pon-
 tificem propugnati? Adeamus Anglos. EN HENRICVM VIII.
 qui titulum defensoris fidei beneficio Papae LEONIS ipsi
 MDXXII. collatum, MDXXXV., quamuis neque in
 protestantium castra abiret, neque omnibus erroribus Ec-
 clesiae Romanae nuncium remitteret, iure suo sibi ita
 vindicauit, ut ipse re vera et praedicaretur et esset su-
 premium caput Ecclesiae Anglicanae. (33) En ELISABE-
 THAM. Quae MDLIX. doctrinam reformatam profes-
 fa,

(33) HINRICVS VIII, cui cognomen Polygami inditum est,
 tempore sacrorum emendatorum manu sua scripsit librum con-
 tra LUTHERVM A. MDXXII. in quo potissimum VII. sa-
 cramentorum defensionem suscepit. Cuius laboris quasi pree-
 mium ipsi per Bullam tribuit LEO X. titulum defensoris fidei.
 Hic ipse HINRICVS VIII. quum a CLEMENTE VII. di-
 uortium, quid cupiebat, difficile redderetur, quamuis doctri-
 nae Protestantium non subscriberet, se ipsum declarauit supre-
 mum

sa; quamuis non EDVARDO regnante tentatam formam sed regimen Episcopale arcte teneret, id quod Puritani minus aequo tulerunt animo, non Pontificis auctoritate, sed iure suo vfa, se dixit defensorem fidei, atque singulare *iuramentum suprematus* poposcit. (34)

Talia principia omnibus summis imperantibus Christianis digna mirum non est in ipsa etiam conclusione ad infirman-

§. XIX.
Quoad
conclusio-
nem.

mum Caput Ecclesiae Anglicanae; vetuit invocationem sanctorum et cultum imaginum, reiecit purgatorium, mutauit sententiam de sacramentis, concessit Clericis matrimonium, et quod maximum est, denarium S. Petri sibi vindicauit, appellationem vero ad curiam Romanam interdixit. Articulos subscriptos exhibet BVRNET in Addit. ad T. I. p. 241. Conf. RAPIN THOYRAS Hist. d' Angl. T. V. l. XV. p. 359. Ex eadem sua, non Papae potestate se non amplius dominum, sed regem Hiberniae praedicare coepit. A. MDXLI. Memorata Pontificis Bulla exstat multis in locis; in LAERT. CHERVBINI Bullar. ad A. 1521. it. in BECMANNI Syntagm. dign. illustr. et ap. SELDENVM de titulis honorum alibique, sed nitidissime in RYMERI Act. publ. Angl. T. XIII. p. 756. secundum originale aeri incisa. Conf. Act. Erud. Suppl. T. VII. p. 252. Titulus ipse variis annotationibus aniam praebet. Conf. HEVMANNE Poecil. T. III. l. 2. c. 16. p. 261. Referunt BVRNET ed. lat. p. 66. et STRYPIVS Eccl. Mem. ad A. 1531. a Parlamento et Clero titulum defensoris et supremi capitis Eccl. Angl. regi esse concessum. Sed sigillatim attentionem metetur constitutio Anno MDXXXV. quae exstat ap. RYMER. T. XIV. p. 549. Per quam rex iniungit, ut sibi successoribus hic perpetuo adscribatur titulus: *Supreme head under God of the Church of England.*

(34) EDVARDO, qui HENRICO successerat, regnante, primo qui-

firmandam concilii Tridentini auctoritatem esse applicata. Qua de re in ipso Romanae Ecclesiae gremio eminent Ecclesia Gallicana, generatim insignis libertatum Ecclesiae vindex, speciatim hoc ipso nomine regii patronatus antiquitatem sive regale, tum latiori tum arctiori sensu sumtum defendens; sigillatim concilio Tridentino potestatem legalem

quidem praeter Homiliarium etiam concinnata est Liturgia, cui inscribitur index: *Book of Common Prayer.* Cuius P. I. *Breviarii* P. II. *Missalis* P. III. *Ritualis* locum occupauit. Animis ita praeparatis, porro A. MDLII. et LIII. Confessio Articulos XXXII, comprehendens est concinnata, curante C. R. A. MERO. Sed MARIA regnante, ad pristinum statum redierunt omnia; donec usque ELISABETHA regni clauum nocta est. De hac ex CAMDENI Annal. rer. Engl. referam, quae hoc pertinent: *Quum, inquit, calumniantia ingenia reginam suggillarent, quasi titulum supremi Capitis Ecclesiae Anglicanae et auctoritatem suam in Ecclesia celebrandi arrogaret, illa edicto scripto declarat, se nihil aliud arrogare, quam quod ad coronam Angliae iam olim spectauit, scilicet se sub DEO summam et supremam gubernationem et potestatem in omnes regni Anglicani ordines, sive illi sint Ecclesiastici sive Laici habere, quodque nulla extranea potestas ullam in eos iurisdictionem et auctoritatem habeat aut habere debeat.* l. c. p. 24. f. Vi huius potestatis etiam reuideri iussit MDLXII. Confessionem, PARKEI potissimum cura mutata et in XXXIX. Articulos redactam. Articuli, quomodo differant sub EDVARDO et sub ELISABETHA concepti, contendi possunt ap. BENTHEMIVM Engl. Kirch- und Sch. Staat, Conf. de his et iam ante dictis momentis historiae Anglicae BOEHMI Hist. Ref. Engl. et VEN. HANII annotationes in eam. Praeter haec aliaque sermone Germanorum scripta potissimum quoad reformationem Ecclesiae

ſalem denegat. (35) Sic non in sola Germania, sed etiam
in Gallia eiusque ſententias ſequente Hibernia et Lufitania,
quin

fiae Anglicae tractandi Auctores ſunt GILB. BVRNET Epifcopus
Salisburienſis in *Hift. Ref. Engl.* JOHN STRYPE Eccleſiaſtical
Memorials. Lond. 1721. III. T. in Fol., (de quo opere regna
HENRICI VIII. EDWARDI VI. et MARIAE ſpectante conf.
Act. Erud. Lat. 1724. p. 329.) porro eiusdem STRYPII An-
nales of the Queen Elisabeth eiusdemque vita CRANMERY
PARKERI, ceterorum; tandemque, qui etiam RY-
MERI Acta amplissima in CLERICI Bibliotheca que choiſie
et Bibliotheca ancienne et moderne exerptar, elegantilimus
ſcriptor RAPIN THOYRAS *Hiftoire d'Angleterre.*

(35) Per libertates Ecclesiae intelligunt Galli non ſolum ordinem
miniftrorum, ſed prouti decet, integrum Eccleſiam, atque ſi-
gillatum etiam huius Patronos, Reges. Regum autem liber-
tates haud explicandae ſunt per modum priuilegiorum, qualis
datur in praerogatiis Regum Apoftolicorum et Monarchiae Si-
cilianae. Iure ſuo, non demum vi concordatorum, reſpu-
unt Bullas, quas acceptare nolunt, e. c. celebrem illam: *in*
coena Domini, a Romano indice librorum prohibitorum dis-
penſant, conuentus Eccleſiaſticos priuatos ſua, non Pontificis,
auſtoritate licitos ſtatuant, conuentus nationales publicos ſua
conuocatione et direktione muniunt, atque decretis synodalibus
ipſi demum potestate legalem addunt. Conf. BAVMGAR-
TENII Abhandl. v. d. Freib. der Franz. Kirche. De ipſis re-
galibus vix concinniorem notionem nobis formare poſſumus,
quam DV FRESNYVM ſequentes. Regalia, inquit, ſunt
bona illa; quae rex in ſalutem Eccleſiae contulit, eaque ut
feuda perpetuo dependent a Rege, vel quod dicunt a corona. Epi-
ſcoporum mortuorum reditus huic recidunt, et bona illa dicu-
tur aperta; ſi nouus inaugurus eft fidemque praeftit, ſunt
rurſus clauſa. Obſeruandum autem eft, hic potiſſimum definiri

H

regalo

quin immo in Hungaria et Bohemia disputari potest contra istius Concilii auctoritatem generalem. (36)

§. XX.
Pars I. in
fine muni-
tur contra
objec-
tiones.

Valeant nunc fculnea illa Pontificis argumenta, quae in singulis compendiis Dogmaticis nostratum, et paene ad naufragium usque refutata sunt. Breui manu respondeamus: Monstres nobis, Episcope Romane, monstres diploma per quod CHRISTI vicarius crebaris. Monstres hoc, et sumnum patronatum Ecclesiae per totum terrarum orbem tibi concedemus subiectissime. (37) Quod si autem CHRISTVS supre-

regalia arctiori sensu sumta, scilicet bona illa, quae sunt reddituum fontes, latiori autem bona omnia ad salutem Ecclesiae facientia. Docent haec LAVNOIVS, RICHERIVS, DV PIN, aliquie, inter quos PETR. DE MARCA excellentissimum opus scripsit de Concord. Sac. & Imp.

(36) Recepit quidem illud et in ditionibus suis promulgari curauit praeter Venetos et Polonus augustissima familia Austriaca. Sed inter plures gentes promulgatio legalis regiminis formae conformis frustra quaeri videtur. Quisnam saltim Germanici Imperii adeo ignarus esset, ut illud nobis Germanis publicae legis instar habeti debere contendet?

(37) Objiciunt primum Concilium Hierosolymitanum. Cui quidem ciuilis magistratus supremus praefidere non poterat, qui tantum abest, ut vellet, ut potius religionem persequeretur. Iura collegii exercebantur dirigente IACOBO Hierosolymitano. Sed ubinam fuit Episcopus Romanus eiusne legatus? Porro prouocant ad verba Christi: Matth. XVIII, 20. *Vbicunque duo vel tres congregati sunt in meum nomen, ibi sum in medio eorum.* At, inquiunt, in nomine Christi congregantur, qui conueniunt iubente Christi vicario. Egregia sane explicatio, quae confundit ad petitionem principii!

supremum magistratum rebus religiosis singularem haud praefecit, minime loci cuiusdam antistitem determinate in tali fastigio constituit: Certe stat Thesis nostra inuicta, concilii auctoritatem haud quadam in terra esse posse vlo modo generalem, nisi ex supremi magistratus, qui generalis in terra sua rerum sacrarum patronus est, auctoritate, recte probeque administrata. (38) Nimirum exspirante regula, quod singuli vno animo de ipsis decernendis plane conhenant, qualis antiquitus in Ecclesia plantanda locum habere poterat, in Ecclesiis ex magno numero conflatis iisdemque unitatis vinculo quodam coniunctis spem superat omnem: Supremo terrarum magistratui Patronatum Ecclesiarum Christianarum exercenti incumbit tollendorum dissidiorum caussa necessarium ius prospiciendi saluti communi per deputatos idoneos ad examen causarum religiosarum, ad referendum, et ad instructionem ceterorum sufficientem. Proinde eidem magistratui quoad hos conuentus, qui conciliorum nomine insigniuntur, et ad generalem singulorum consensum religiosum tendunt,

com-

(38) Perfecta tum demum erudit haec, quae generalis dicitur, auctoritas externa, quando siue expresso siue tacito consensu eidem accedit integra Ecclesia; Vnde efficitur, ut singuli, qui porro eiusdem Ecclesiae vera membra audire et esse cupiunt, ad externam professionem sui adfensus et obsequii non minus externe obligentur, quam intrinsecse obligati sunt per auctoritatum internam sanctionum religiosarum, eamque ex vero cum primis veritatis Euangelicae principiis consensu enatam.

H 2

competit ius praesidii independens. (39) Saluum est hoc; Pontificis Romani neque indictio, neque directio, neque confirmatio concilii decreta munire potest auctoritate generali, quibus mortalium nemo unus obstrepere debet, et quorum in executionem deducendorum gloria sola magistratui sit relecta. Valeat igitur Concilium Tridentinum Oecumenicum, scilicet, valeat. (40)

(39) Quo pertinent indictio, sessionum dispositio et dissolutio, interlocutiones et prohibitions, quo minus laedatur res sacra.

(40) Bulla PAVLI III. ceteroquin satis imperiosa prodit ipsa, quidnam Pontificem ad concilium demum habendum adegerit, scilicet metus, ne principes sine ipso vel contra ipsius voluntatem, vti iam cooperant, caussas Ecclesiasticas tractare & diudicare pergerent. Id quod tamen postea concilii successum miserum intelligentes non omiserunt, prout ex motuum Interimisticorum historia liquet; quorum origines ex variis scriptis antiquioribus ipso anno c15 5c xxxxviii. impressis illustrare possem. Praesenti autem loco coronidis instar tantummodo commemorare liceat, quae hoc ipso, quo haec reuideo, tempore ex nouellis iam satis constant de Iesuitarum Instituto per Pontificis Romani dictamina publice probato, sed vi libertatis Ecclesiae Gallicanae publice reprobato, in passim et denique N. XXXV. notatum supplementum. Nimirum Pontificis voluntas non obligat ad receptionem ex plenitudine potestatis sua, sed de consensu fratrum. Qualis quantusque consensus fratrum requiratur, Euangelici cum Pontificiis haud consentimus, ne cum lenioribus quidem. Sed utraque manu arripimus id, quod hi defendunt, Bullas non receptas haud ullis decretis religiosis largiri auctoritatem generalem.







e solche verbotene händel, seint straffwürdig, und dem sterworffen, dahin sie die Rüge: Männer bringen sollen: Verbrechen und fast unzehlig andere mehr, so wieder Gott und die moralischen Geseze streiten, so lange solche nicht her ärgernüss, und thathandlung aufzgebrocnen, noch für mal Richter gebracht, seind bisshero nicht beachtet, noch für sünde gehalten, dahero die Bosheit mehr und mehr en, so dennoch durch die hülffe Gottes verhütet werden dieses Sitten- und moral Gericht, durch Bestellung der erumb wird stabiliret werden.

en aber die Rüger-Richter hieben aller bescheidenheit sich en, und unterscheid zumachen, unter schlechten Verbrechis menschlicher Schwäche geschiehet, und durch ohnachtsgangen werden, oder da zugleich Bosheit mit untermennt auch aus lautem Vorsatz, und malitz geschehen, den chaden, schimpff und Ungelegenheit zubringen, wiederumb rbrechen in conatu nur bestanden, oder zur that und würt eschlagen, item ob die verbrechere und beleidiger zur Vere neiget, ihre fehler selbst bekennen, und verbitten, oder ob flich wieder glaubhaftie anzeigen verneinen, ihre böse tha chen gleich in Worten oder Wercken, zuvertheidigen, und n sich unternemmen, ob sie Besserung an ihnen zuspüren oder e mehrmahl schon, in einem und andern Laster betroffen, ret, und keine emendation geachtet, bey diesen und an nimmenden umbstenden die Mensur der Bestrafung zuneh arnach solche zulindern oder zuschärfen seyn wird; auch die Verbrechen so beschaffen, daß dieselben zur gesenck, und darauf erfolgende Bestrafung solten gedeien, ist dem Gericht, oder Fiscali davon bericht abzustatten, und die g zugewarten.

der Bestrafung seind auch die Gradus admonitionis, & Correctionis, nicht aus der acht zulassen, und solche für zuversuchen, weil dieses moral Gerichte, nicht, wie bei niali judicio gebreuchlich, mit Ketten und Banden, noch chwert geführet wird, müste aber in Contumaces einige nsura ergehen, so bannum Ecclesiasticum nach sich zöge, ist

